

de lapide producit. quia per christum mediator noster nobis spiritus sanctus infunditur. Ab hac quoque die ad octavam pentecostes in quibusdam ecclesiis officium beate marie omittitur ut memorie atque reuerencie passionis et resurrectionis. de quibus in ecclesia hoc tempore agit ardencius insistatur. cum enim honor et obsequium specialiter hoc tempore christo et nato in nostra humanitate passo et glorificato impensius redundet in ipsam matrem nulla quidem sibi sit iniuria ipsi officium omittendo. Omittitur et officium mortuorum quia cum recordatio beneficiorum christi precipue que ipse passionis et resurrectionis sue tempore contulit omnem nostrum affectum et intellectum requirant. proinde ecclesia illud solum officium quod ad ipsum christum spectat. in quo de eius passione et resurrectione agit eo tempore agit. ut sic non ad plura dispersa. ad unum dumtaxat vehementius occupetur. nec per hoc defuncti qui sunt in purgatorio dispendium patiuntur. quia cum sint nobis per caritatem uniti beneficia nostra. (sicut quod meruerunt) participantur ab eis. nec expressius memoria pro illis fieri posset quam magis memoriam de morte et resurrectione christi. per quam a penis liberari expectant. extra ecclesiam inutile est ipsa officia dicere.

De diurno huius diei officio. R.
Quod de diurno huius diei officio videre. Et quidem hoc quinta feria in signum sacramentis. tum ab ecclesia. tum a domino institutis. in qua die primo penitentes in ecclesia introducuntur. qui in capite ieiunij de ea eiectione fuerant. Unde in canone innocenti ita legitur. de penitentibus vero qui siue ex grauioribus omnis siue ex leuioribus penitentiis gerunt. si nulla interueniat egritudo quinta feria ante pascha eis remittendum. romane ecclesie consuetudo demonstrat. Primo ergo de penitentium introductione in ecclesiam dicendum aliqua de ipsa eiectione premitamur. Siquidem misericors et misericors dominus. cuius misericordie non est numerus. sicut in psalmo habetur. misericordie semper agens et peccatorum salute faciens per hunc mundi pelagium periculose nauigantibus. et quibus fluctuantibus inter alia multa remedia. specialiter duas naues siue tabulas parauit prima est baptisimus. secunda penitencia. sic apostolus ait ad ephesios. Et quidem quod penitentes de ecclesia eiciuntur representant exilium et eiectionem ad eue de paradiso. propter eum possumus peccatores de ecclesia eiciamus. et eiectionis penitenciam septennem aut aliam pro criminum qualitate imponimus. et eiectionis per septem ebdomadas extra morantur. quia genus humanum in adam lapsum iudicio dei. in exilio septem milibus damnatur annorum. maria quoque lapsa septem diebus exiit extra castra. forma eiectionis habetur in concilio agathani. Eiectionem vero chayan in facie domini representat ecclesia exorcizando

viros sanguinum precipue cum candelis extinctis quod et ille et isti spiritum vitiosum extinxerunt. que candelae in prolatione anathematis domini proiciuntur et pedibus conculcari. nec ulterius domini ad alios quemvis. sicut nec sal infatuatum assumi. Et eiectionem candelas in manibus ad significandum quod pro opere quo primi parentes porreperunt manus ad pomum vetitum apposita est ignea rumphea in paradiso. Clauduntur coram eis fores ecclesie in signum aditus paradisi quendam obclusi. **De loco ad locum vadunt** siue in exilium mittuntur. significat quod chayan post mortem fratris profugus et vagus fuit super terram quod ciliis et laneis vtuntur. de iob tractum est quod penitenciam in fauilla et cinere agens sacro se operuit. et de nimuitis. qui similes fecerunt.

Cilicium quoque portant in signum pellicearum tum carum ad eue. iobis etiam habitum rescolentes. Carcer penitencie a ioseph micu habuit quod comam et barbam nutriunt. tractum de ioseph cui in carcere posito ista excreuerunt. quod iacent aut sedent in terra sumptum est de iob quod in sterquilinio sedit. In terra etiam comedunt. quasi ipso facto dicant. maledicta es terra in opere tuo. non dicitur eis aue. quod nondum mutatum erat nomen eue. quod pedes nudant. nuditatem representant ad inuidentes quod indigent ornatu glorie. quod baculis vtuntur tractum est de iacob qui peregrinans in baculo iordanem transtulit. In his etiam omnibus inuitantur ad humilitatem purgatoriam confessionem. et tam peccatorum quam eterne pene meditationem. et quod sint memores sue peregrinationis. Namque eiciuntur de ecclesia et post eos cantatur. in sudore vultus tui vesceris pane. hoc ideo fit. ut videntes ecclesiam pro eis esse confusam magis ac magis confundantur. Investimentis quippe sordidis et excremento crinum et barbe multiplicatio miserie peccatorum in finiat. quasi dicant ipso facto. Iniquitates mee multiplicatae sunt super capillos capitis mei. quod in terra iacent. eis eterna damnationem ad memoriam reducit. quasi dicant domine perdes omnes qui in terram descendunt. i. qui dediti sunt terrenis. nisi resipiscant quod de loco ad locum in baculo vadunt eis ad memoriam peregrinationem suam reducit. qui pro peccato recesserunt a deo. in baculo enim intelligitur correctio consolatio et sustentatio. quasi dicant. Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Est autem baculus cubitalis. quia in qua mensura messi fuerint remocietur eis. Sed queritur quare hac die penitentes in ecclesiam introducuntur. Respondeo in quinta feria deus creauit pisces et volucres. pisces in aquis reliquit. volucres in aera leuauit. iuxta illud. Magne deus potencie qui ex aquis. et partim remittis gurgiti. scilicet pisces. partim leuatis in aera scilicet volucres. Per pisces intelliguntur cupidi. auaritia luxuriosi qui in fluxu cupiditatum huius mundi delectantur. Volucres sunt spirituales qui in spiritualem

conuersionem quasi in aera leuantur. **P**remi-
nentes igitur in quinta feria in ecclesia introdu-
cuntur quasi segregati a malis et ab huius mundi deli-
cijs in celis animo conuersantur. **P**reterea in fi-
ne quinte etatis quam hec quinta feria signifi-
cat. **J**ohannes baptista penitenciam predicauit
et dominus noster venit in mundum peccata ab-
soluens. prout in prima huius diei oratione di-
citur. **R**ursus in hac die institutum sacramentum
sacramentorum. scilicet corporis et sanguinis
domini. cum dominus uetus firmuit testamen-
tum. et nouum inchoans panem et uinum in cor-
pus et sanguinem suum transsubstantiauit quod
est sacramentum misericordie. quia ergo Christus
solus de misericordia crimina tollit ut promissus
est. ideo penitentes hac die reconciliantur. quod
hac die misericordie consecrauit sacramentum.
Et inde est quod missa huius diei solemniter canta-
tur. ut ibi dicitur. **M**erito igitur hac die quod tota
in remissionem peccatorum consecrata est pe-
nitentes reconciliantur ad percipiendum corpus
et sanguinis domini sacramenta. decuit itaque
hoc sacramentum sacramentorum institui in fine
quinte ferie adueniente. vi. feria. eo quod in fine
quinte etatis. et in primordio sexte lege finem et
euangelium sumptit exordium. **P**reterea hac die
absoluuntur. quia in ea Christus fuit captus et liga-
tus. que ligatio absolutionem nostram operata
est. hac etiam die Christus lauit pedes discipulorum
suorum. ut pedes et affectus nostros lauet. id
est soluet a peccatis. **F**orma uero reconcilia-
tionis hec est. **E**rit pontifex ad ianuas paten-
tes ecclesie ubi facient penitentes prostrati in
terra. et eos uice Christi uocat ad timorem domini
dicens ter. **V**e. **V**e. **V**e. filij auditi me. timorem
domini docebo uos. hanc esse Christi uocem probat
psalmi. **xxviii.** de quo sumitur. qui talis est
pater dauid. **C**um mutauit uultum suum coram
Abimalech. **A**bimalech interpretatur patris mei
regnum. per quod iudeos accipimus. coram quibus
uerus dauid mutauit uultum suum. id est sacri-
ficandi ritum et ferebat in manibus quasi panem
et uinum dedit discipulis dicens hoc est corpus
meum et hic est sanguis meus. quod quidem ho-
die factum est. dicens ergo pontifex vicarius ihesu
Christi. uenite penitentes. **I**nuitat ad corpus sangui-
nisque conuiuium. proinde pro eis orat. genua
flectit. eos ammonet. eosque reconciliat in ecclesia
introducatur. **I**llud etiam notabile est quod undique
ianue ecclesie patent. ad notandum uenientes
ab austro uel ab aquilone. id est iustos et pec-
catores quando accedant ad misericordiam non
esse prohibendo et a pascha in antea patebunt
eo quod in octaua nostre resurrectionis nihil erit
improperium peccatorum electis. **I**llud quoque
notabis quod penitentes in ecclesia recepti crines
et barbam quam nutrierant deponunt et seves-
tes mundas et culciores depositis. penitencia-
libus induunt a ioseph cupientes exemplum qui
de carcere ductus tonsus est et lotus et uestitus

decoratus. p. 13 q. 1 inuicem quod deponentes multitudine peccatorum induit uestimenta uirtutum.

De quinta feria

Hac etiam quinta feria secundo loco tris-
partitum oleum consecratur. quoniam hodie ag-
nus dei ad uictimam scilicet uesperam immo-
labatur. de cuius sanguine et uterque postis et
superliminare domorum in quibus erat edendus
liniebatur. ut in signo uiso exterminator egip-
ti domos sacri conuiuii preteriret intactas. in quo
prefiguratum est quod si frontibus nostris unctio
crismatis quasi sanguine Christi qui unctus inter-
fatur. signum crucis imprimatur. dyabolus in
domibus animarum nostrarum nullam nocens
di habet potestatem. **R**ecte ergo qua die illud
figuratum agebatur significatum sollemniter
celebratur. **S**ed diceret. consequens igitur
est ut hac die ueris firmentur. in frontibus
crismate sacro signentur. **R**espondeo sancta ec-
clesia illum in quo passus est dominus. luctui
dedicauit. et sollemniter et conuiuii gaudium
in diem tertium in quo resurrexit dominus re-
uoluit. ut tunc demum pro recuperata salute animarum
que est patrata in sexta feria et pro futura cor-
porum resurrectione. que donata est nobis in
ecclesia paschalis agni. conuiuium celebremus.
dicentes. pascha nostrum immolatus est Christus istud
itaque epulemur. **S**umentes ergo illud. unde
postes nostrarum frontium signare debemus
rectus ab ipsa signacione usque ad conuiuium pascha-
le cessamus. ut tunc submerso pharaone tran-
seunt per mare rubrum. signantes domos
exterminatorem paschale conuiuium celebremus.
Sed diceret. cur itaque in sabbatum crisma-
tis consecratio non differtur. **R**espondeo quia ab
hac quinta feria usque ad uesperam sabbati a mi-
strarum sollemniter uacamus. ipsam autem crisma-
nisi intra missarum sollemnia phas est consecrari.
Sed ante missam baptismum ouem celebrari
prout sub sabbato sancto dicitur. uel ideo in
quinta feria consecratio celebratur. quia Christus
in quinta fuit unctus etate. nam in quinta uenit
qui in sexta sanguinem consecrauit decus
unctione. **D**icit damel. ungetur sanctus sancto-
rum. **E**t ysai. Spiritus domini super me eo quod un-
xit me. **A.** **E.** **M.** **M.** **E**t dauid. unxit te deus. **D.** **E.** **T.**
O. **L.** **E.** **P.** **R.** **E.** **C.** **U.** **I.** **U.** **S.** **C.** **U.** **I.** **U.** **S.** **C.** **E.** **P.** **I.** **T.** **C.** **U.** **M.**
uermum caro factum est. cum plenitudo diuini-
tatis in eo corporaliter habitauit. **T**unc autem
completa est. cum in baptismo super ipsum spi-
ritus sanctus in specie columbe descendit. ideoque
unctio que hodie conficitur ad ungendum usque
ad baptismum differtur. ut significemus spiri-
tum sanctum super dominum in baptismo uisibiliter
descendisse. et nos in baptismo spiritum
sanctum accipere. et his itaque patet in uespera
sabbati statim post baptismum esse firmandum.
ut postea celebretur paschale conuiuium. et quod
quibusdam placet. saltem in paucis esse tunc